



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XIV. Der Rath zu Mittenwalde gründet und dotirt eine Hospital-Capelle, am 17. August 1394.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

ben haben, daz sie den Hochgebornen Fürsten Herren Wilhelm, Marggrafen zu Myffen, unferm lieben Schwager, in pfandwiz vor etzliche Summen geldes gehuldet sollen haben, daz noch nicht geschehen ist, daruff wir den Edlen Lippold von Bredow, unferm Hauptmanne und Lieben getrewen, geschriben haben, daz Er euch gemeinlich darzu verboten soll, darumb begehren wir ernstlich und willen des nicht entbehren, ihr sullet euch einigen und dy egenanten unfre Stete Britzen, Belitz und Middenwalde fleizig unterwifen und ernstlich darzu halten und getreulich helfen, daz Sie dieselbe Huldigung noch thun, in aller wise, alz wir ihnen vormalcz vorschriben haben, und lassen des nicht, so ferne si unfer schwere ungunst wollen vermeiden, wann unzf daran macht und sonderliche fromen gelegen. Geben zu Prage, am Montag an S. Apollonien Tage, Anno XCIV.

Den Erbarn und wyfen Rathmannen unserer Stedte  
gemeinlich in der Neumarcke Brandenburg  
Brandenburg, Berlin und Colln, Frankenford, Britzen, Belitz,  
Mittenwalde etc., unferm lieben getrewen.

Aus Fink's fortgesetzten Nachrichten u. der Stadt Brandenburg 1750. S. 10.

XIV. Der Rath zu Mittenwalde gründet und dotirt eine Hospital-Capelle,  
am 17. August 1394.

Nos consules novi et veteres civitatis Middenwalde, Brandenb. diocesis, recognoscimus in his scriptis, quod, deliberatione prehabita, ad divini cultus augmentum, salutare fidelium remedium animarum et pauperum Christi infirmorum et debilium ministracionem et refectionem, in et pro dote capelle infirmorum, extra muros et valvam, que dicitur Kopenickische Dur, dicte civitatis in honore sanctorum Laurentii et Georgii martyrum et Nicolai episcopi atque sanctarum Barbare et Dorothee virginum de voluntate et consensu honorabilium dominorum Henzonis prepositi et capituli ecclesie Brandenburgensis de novo construende, mansos et modiales, vulgariter nuncupatos Schepelkorn et quandam petiam agri, que dicitur Godesbusland, qui ab antiquo pertinuerunt et pertinere dignoscuntur ad ecclesiam parrochiam deserte ville Wiritstorp, juxta eandem civitatem jacentis, cujus jus presentandi ad nos dinoscitur spectare, de gratia et auctoritate domini nostri episcopi diocesani uniendo nec non duas areas et ortos frondium seu pomorum earum, in quarum una ipsa capella seu domus infirmorum ab antiquo constructa fuerat et in alia, ubi jam in presenti de novo fundata extitit, cum omni proprietate census, usus et utilitatis libere et perpetue erogamus cum ceteris bonis, proventibus et obventionibus omnibus, que in antea per fideles ad ipsam capellam donantur et perpetuantur, salvis procuracionibus et juribus sedis apostolice et ejus legatorum, nec non episcopi et prepositi Brandenb. et aliorum, quorum interest, prelatorum, in quibus ut ceteri vicarii et altariste obligantur, et proviso illo, quod, si aliquando in futuris temporibus dicta deserta villa Wiritstorp populum acquisiverit, extunc in suis proprietatibus, mansis, modialibus et agro premissis debeat esse et manere parrochialis; ipsa autem capella debet esse et manere filia parrochialis et baptismalis ecclesie in Middewalde, ut prius antiqua. Presbiter autem dicte capelle, qui pro tempore fuerit, de mane ante summam missam, que in dicta parrochiali ec-

clesia in Middenwalde quolibet die per se vel per alium, nisi corporis firmitate vel alio impedimento canonice fuerit impeditus, missam celebrabit ita, quod sit sine prejudicio missarum in ipsa parochiali ecclesia dicendarum, Et omnes oblationes et denarios votivales et jus parrochie contingentia ipsi preposito dicte parochialis ecclesie in Middenwolde integre debet presentare. Insuper si procuratores seu provivores illius capelle diebus specialibus scilicet patroni et dedicationis cum tabula vel alio modo elemosinas petere voluerint, id faciant finito offertorio summe misse, que in dicta ecclesia parochiali in Middenwalde celebratur, quarum elemosinarum et trunci seu truncorum nec non imaginum et donationum et obventionum aliarum ipse prepositus in Middenwalde mediam partem participet et habeat. In cujus rei testimonium etc. Datum anno domini M. CCC. XC. quarto, feria tertia infra octavam assumpt. gloriose dei genitricis virginis Marie.

Aus einem Brandenburger Copialbuche.

XV. Bischof Heinrich von Brandenburg genehmigt die vorstehende Stiftung,  
am 20. Januar 1395.

Hinricus — Brandenburgensis episcopus, ad univerforum notitiam volumus devenire, quod constitutus coram nobis noster notarius fidelis dilectus Johannes Schramme, presbiter, plebanus et rector parochialis ecclesie ville Rodcis, Brandenburg. dioc., quandam patentem literam providorum virorum consulum oppidi Middenwalde dicte nostre dioecesis, suo sub appenso sigillo sigillatam nobis presentavit. Cujus litere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Nos consules etc. (S. die vorhergehende Urkunde.) Post cujus igitur littere presentationem et lectionem prefatus Johannes Schramme presbiter, pro parte et nomine dictorum consulum Middenwolde, patronorum dicte deserte ecclesie ville Wirittorp, nobis humiliter supplicavit, quatenus, ad executionem ejusdem litere procedere et ipsam desertam ecclesiam ville Wirittorp altari dicte nove capelle juxta idem oppidum Middenwolde construende, prout ex nostro officio possumus, unire dignaremur. Nos ergo, cum capitulo nostre ecclesie Brandenburgensis habito super premissis diligenti tractatu et ejusdem accedente consensu, considerantes, ex dicta unione divini cultus augmentum, salutem et refrigerium animarum in dicta ecclesia Wirittorp et ejus cimiterio quiescentium provenire, et inopiam presbiteri, rectoris altaris ipsius capelle, qui pro tempore fuerit, nec non pauperum Christi infirmorum inibi degentium administrationem et magis refectionem relevare, prefatam ecclesiam deserte ville Wirittorp cum omnibus juribus, fructibus, redditibus et proventibus ac emolumentis quibuscunque et pertinentiis universis nunc et in futurum pertinentibus nec non jus patronatus dicte ecclesie prefato altari auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur, unimus et annectimus. Insuper dictos duos hortos frondium cum omni proprietate eorum, census, usus et utilitates, alia quoque omnia, redditus et proventus, que in antea per fideles ad altare ipsius capelle erogentur, etiam per presentes eadem auctoritate approbamus, laudamus et in dei nomine confirmamus, statuentes et ordinantes, ut deinceps dictum altare ipsius capelle et ecclesia prefata unum sit beneficium atque dicti altaris et ecclesie unus et idem debeat esse rector, nec non, quotiescunque et quomodocunque idem altare vacare contingat, ad ipsum et ad ecclesiam prefatam tanquam ad unum beneficium nobis vel successoribus nostris per prefatos consules persona idonea,